

- X No. 37. Cod. turc. foll. 84, fol., char. neschi scriptus. Est volumen secundum, neque id ultimum, vitae et rerum gestarum *Abū-Muslim* *'Abd-er-ra'hmān El-Merwii* (ex urbe Merw oriundi), qui Abbasidis Chalifatū asseruit ab iisque Chowarezmiae praefectus, sed postea ab Al-Manfūro Chalifa interfectus est. A Turcis refertur inter gentiles Sultanorum Othmanidarum. Auctor anonymus se in tota hac narratione, figmentis et prodigiis referta, auctoritatem cuiusdam *Abū-Sehl* vel *Abū-Soheil* (ut alibi est) *Mah-rū* sequi ait. Cod. abs. A. H. 1039 (Chr. 1629 — 30).
- X — 38. Cod. turc. foll. 130, fol., char. neschi exaratus. Inscriptio est *Kithābi-futhū'hi-Schām*, i. e. Liber de victoriis et expugnationibus syriacis. Est volumen secundum operis *El-Wāqedii* de bellis a primis Muhammedanis in Syria adversus Graecos gestis, turcice versi a *Mustafa Ibn-Iusuf Ibn-'Omar Ed-Dharir El-Erzerrūmī* (Cf. Cod. 35), qui se hanc versionem A. H. 796 (Chr. 1393 — 4) in usum Djulbāni, a rege Barqōqo Syriae praefecti, post Timurlenki primum impetum ab illo feliciter repressum, Halebi confecisse in praefatione testatur. Continet hoc volumen historiam belli quod post expugnatam Emisam circa ripas fluminis Iarmūk (hebr. Iabbōq) gestum est, deinde expugnationis Hierosolymorum, Kinnesrini et Halebi. Cf. Cod. 40.
- X — 39. Cod. turc. foll. 73, char. neschi scriptus de excellentibus sagittariis Constantinopolitanis et de gymnasiis hujus urbis et aliquot aliarum, ubi ars sagittandi publice docetur et exercetur. Cod. abs. A. H. 1062 (Chr. 1651 — 2).
- 40. Cod. turc. foll. 185, fol., char. neschi scriptus et vocalibus instructus. Tria prima et tria ultima folia recentius adjecta sunt, sed in his ipsis, inter f. 2 et 3, 182 et 183, 183 et 184, plura alia exciderunt. Est pars prima operis *El-Wāqediani* turcice versi, cujus secundam, ab alia manu scriptam, vidimus in Cod. 38. Complectitur hoc volumen bellum ab *Abū-Bekro* adversus Graecos in Syria susceptum et ab 'Omaro continuatum usque ad expugnatam Emisam.
- X No. 41. Cod. turc. foll. 80, fol. min., char. neschi scriptus. Est volumen quintum 1001 noctium turcice versarum, complectens noctes inde a 359 usque ad 408, in quibus tamen 361 — 369 et 396, quamquam argumento diverso, bis existant. Cod. abs. A. H. 1075 (Chr. 1664 — 5).
- X — 42. Cod. turc. foll. 66, 4° min., char. neschi scriptus, vocalibus instructus, ab initio mutilus. Ut e Cod. 82, qui idem opus integrum habet, intelligitur, est *Mifthāh-el-djenneh*, Clavis paradisi, rogatu Lūlū-Paschae ab *Ahmed* quodam ex arabico versa, in octo *medjlis* s. concessus divisa, qui singuli traditiones et narrationes de aliqua parte doctrinae fidei aut morum continent. Accedunt in fine meditationes cabbalisticæ de verbis primæ Suræ, preces, traditio Mosæica, et tractatus de mira efficacia *ṭoṭ muhri-scherif*, i. e. sigilli magici, quod Muhammed a Gabriele angelo accepisse dicitur. Ejus figura exstat f. 65 r.
- X — 43. Cod. mixtus foll. 22, 4° min., char. nestha'liq scriptus, continens commentarium turcicum in praefationem *Gulishāni Sa'diani*, adjectis inde a f. 18 r. aliquot versibus persicis *Sa'dii* et *Schāhii*, it. poëmatio turcico.
- X — 44. Cod. arab. foll. 69, 4° min., char. neschi scriptus, continens *Munjeth-el-mufalli we-ghunjeth-el-mubthedi*, delectum praeceptorum primariorum de ratione precum recte et legitime peragendarum. Cod. abs. A. H. 1023 (Chr. 1614 — 5). Cf. Cod. 184, 185 et 225.
- X — 45. Cod. turc. foll. 71, 4° min., char. tha'liq scriptus, continens idem opus quod Cod. 25, nisi quod noster initium praefationis omittit, in historia Solimani I brevior est et Dynastiam Circassicam post Othomanicam demum ponit. Cod. abs. A. H. 982 (Chr. 1574 — 5).
- X — 46. Cod. turc. foll. 159, 4°, char. neschi scriptus, vocalibus fere ubique instructus, continens poëma Bājezido II (Chr. 1481 — 1512) inscriptum, de vita et doctrina celeberrimi Doctoris mystici Saec. 13 aerae christianae, *Mewlānā Djelāl-ed-din Rūmī*, inter cujus amicos